



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

51. Castra transferuntur. Eruptiones & velitationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



1660.

*hega Meinereshagius* supremus Vigiliarum Magister, milites veterani; cui postremo adjunxerant *Fischerum* Centurionem.

51.

*Castra transferruntur.*

Optimè provisus omnibus, quæ ad utriusque propugnaculi munitionem ac robur faciebant, quod ita Civitas, quæ Aquilonem spectat, firmiter satis clausa videretur, reliquus exercitus septimo Idibus Augusti versus plagam Urbis Australis loco movit. In cujus transitu, ad vallium & templorum pinnacula, oppidanos cætervatim traxit cupido prætereuntium agmina contuendi. Et quanquam è muribus tormenta octodecim in transeuntibus continuè detonabant nec homini tamen, nec jumento nocitum fuit. Ad Vicum *Mecklenbecam* campi duo, castris prætorii designati. In priore pedes, in posteriori eques, tuguriola statim sua hand segniter extruxere. Domus *Bischoptingiorum zur Geist* commissæ est *Cæterio* Centurioni. Molendina, quæ extra Civitatem erant, ne possent ului esse, primâ nocte mutilata. Obsessis hac secundâ Castrorum metatione magè arctatis, in agrum Monasteriensem, pabulator miles, audaciùs se effundebat. In hunc, altero post transitum die, inter leves ac velitarum res pugnas, emissi supra septuaginta tormentorum ictus; sed vanè; nam solus equite ab unâ duntaxat glande vulnerato,

com-



commilitones reliqui, captis octo equis (qui devehendâ in Urbem segete occupabantur) ac messoribus totidem abductis, andrones suos salvi relegabant.

Nonâ Augusti Monasterienses excur-  
sione factâ currus binos, qui pane & cere-  
visiâ onusti, ad castra prætoria vehebantur, *Eruptio-  
nes &  
velita-  
tiones.*  
in sancti Mauritij ericeto interceperunt.  
Indè ausibus majores facti, novis satagunt  
manipulis fortunam experiri. In silva *Ne-  
vinckhoffianâ* abdunt se, ut hinc indè ultrò,  
citroque commeantibus, latentiores inter  
virgulta, insidias parent. Sed *Eisengar-  
dius* fortalitij Mariani præses, dolum sub-  
odoratus, delectum mox equitem, pedi-  
témque immittit, qui silvam perscrutati,  
insidiatores primos disturbant, & insecuti  
sparfos, palantesque ex iis cædunt viginti  
sex. Globus alter virorum quindecim,  
haud indè procul adhuc latitabat, qui com-  
pertâ suorum strage, è latebris prodeuntes,  
certi fuga salutem quærere, quâ poterant  
celeritate, vadum *Alpha* petunt. Sed no-  
tatos *Eisengardius* discurrentes, submisso  
confestim novo milite, ex adversâ ripâ tam-  
diu remoratur, donec sub iisdem, quibus  
socij, mucronibus caderent. Cautiores ex  
eâ clade Obsessi majorem postea Viatoribus  
securitatem reliquere.

*Ferdinando* Baroni *Furstenbergio* Cu-  
biculario suo jussit *Alexander* septimus,  
*Furstenberg*  
ut

52.

Baro

Furstenberg

ut